

Diss. Jur. 24

² Be

REVERENDISSIMIS.

SERENISSIMIS. CELSISSIMIS.

EXCELLENTISSIMIS. ILLUSTRISSIMIS.

AC. PERILLUSTRIBUS.

SACRÆ. METROPOLITANÆ

ELECTORALIS. ECCLESIÆ. COLONIENSIS.

CARDINALIBUS.

PRÆLATIS. ET. ARCHICAPITALIBUS.

PRIMARIIS. REIPUBLICÆ. STATIBUS.

INCLYTÆ. GENTIS. COLONIENSIMUM.

PRIMORIBUS. DYNASTIS. ELECTORIBUS.

PERPETUIS. PATRIÆ. PROTECTORIBUS.

DOMINIS. DOMINIS. NOSTRIS.

GRATIOSISSIMIS.

1371 404 01

REVERENDISSIMI
SERENISSIMI CELSIS SIMI
EXCELENTISSIMI ILLUSTRISSIMI
AC PERILLUSTRES
DOMINI PRÆLATI ET ARCHICAPITULARES!

Domini, Domini gratiofissimi!

*Augusti Electoralis Academia Bonnensis, ne sero vincatur officio,
sacratis VESTRIS tandem quoque se sistere Atriis, PROCERES
INCLUTISSIMI! ad Grates debitas easque immortales memori mente
persolvendas pro eo, quod medio vix Lustro natam, tot jam Studiis
atque Favoribus VESTRIS ornatissimam, hactenùs hanc fueritis de-
dignati.*

*Liceat Jurisprudentiæ publicæ solemnum hanc ex parte cæterarum
CATHEDRARUM Observantiæ Legationem obeunti, Credentialium
loco, Testem exhibere vel ipsam majorem academicam Gymnasii Electo-
ralis Aulam, generosiori Vestro Adplausu vel hodie adhuc trium-
phantem, quam velut majora Gentis nostræ Luminaria, spectatissimo
Confessu Vestro toties tam splendide illustratis, eminenti Præsentia
Vestrâ indulgentissime coluistis. Dignemini MÆCENATES AUGUSTI!
blando intuitu adolescentulas Patriæ Musas, VESTRIS hisce Meritis
æternum devinetas, quæ exsules velut Orphanæ generosis tandem ma-
nibus Vestris suum debent STATOREM EMINENTISSIMUM, munificen-
tissimum INSTAURATOREM. Fulcite, tanquam immobiles Gentis
Columnæ, potenti Patrocinio, tot neo-fundatas Artium liberalium
Cathedras, REIPUBLICÆ ac POSTERITATI sacras!*

Estate

Estote PRIMORES POPULI! fide VOBIS intemeratâ nunquam soluti,
in quem tanta sunt Vestra non dico Officia, sed Merita, quantus in
Vrbe & Orbe eminent MAXIMILIANUS noster EMINENTISSIMUS, quem
Principem Optimum Maximum benedictæ Cœlitùs Elezioni Vestrae,
Vestroque sacrato Gremio nos omnes debere, gratâ mente nunquam
non recordabimur. HUNC DEUS PATRIÆ PATREM & amabile
Civitatis CAPUT una cum Vobis Ejusdem Membris atque Electo-
ribus, diutissimè servet incolumem. Valete COLONIENSIMUM DELICIE!
& favete

REVERENDISSIMARUM
SERENISSIMARUM CELSISSIMARUM
EXCELLENTISSIMARUM ILLUSTRISSIMARUM
ac PERILLUSTRIUM
DIGNITATUM VESTRARUM

devotissimis obsequiosissimis Servis
PRÆIDI ET DEFENDENTI,